HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

hominum fictamanu., Populus uero meus mutauit mendacio ueritatem. &
idolum mihi praeetulit. quod eis necessitatis tempore prodesse non potest.,
Possumus hoc dicere & contra eos. quia maiori studio sequuntur uitia quam uirtutes.,
Quos monet & apostolus dicens., humanum loquar. propter infirmitatem carnis uestrae.,
Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immundiciae. & iniquitati ad iniquitatem., Ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiae in sanctificatione.,
Obstupescite caeli super hoc. & portae eius desolamini uehementer dicit dns.,
Duo enim mala fecit populus meus., Dereliquerunt fontem aquae uiuae. & foderunt sibi cisternas dissipatas. quae continere non ualent aquas.,
LXX. obstupuit caelum super hoc. & inhorruit extremo modum & uehement. Clemens similiter. caelum cui dictum est., Attende caelum. & loquar. & audi caelum. & auribus percipe terram., Videns dni praecepta calcata. inhorrescit. & stupore dissimulare non potest., Omni enim creaturae congemescit. & condolet & super peccatis hominum., Duo autem populus dicitur aduersa.,
Primum ut relinquere & dm qui est fons uitae. & praecepta dedit dicens.,
Ego dns deus tuus qui eduxit te de terra aegypti., Secundum quod in eodem loco scriptum est., Non sint tibi dii in conspectu meo. pro quo secutus est demonas. quos dissipatae cisternae uocat. eo quod dei mandata seruare non ualeant.,
Et hoc adhuc dedn. quod fons sapientiae est. & uitales habeat aquas., Cisternae autem & lacus uel de torrentibus uel ex aquis turbidis. terra conplentur & pluuiis.,
Portas autem caelorum illas uocat., De quibus & iniuicem simo testio psalmo scriptum est., Leuate portae capitaua. & intrauit rex gloriae., Porro LXX. transtulerunt., Leuate portas principes uestras., De quibus plenius suo dicitur loco., Quod aquila & simachus caelos., LXX uero. & theodotio caelum interpretati sunt., Nullum mouet. hebraicum enim. samaim. communis est numeri., Et tam caeli. quam caelum eodem appellantur nomine.,
Ut ethebo. athenae. salonae., Numquid seruus est israhel. aut uernaculus., Puto ex hoc loco insuper iam et latos saluatori dixisse iudaeos., semen abraham sumus. & neminium quam seruiuimus. Quomodo tu dicis liberi eritis. Nescientes quod omnis qui facit peccatum. seruus peccati sit., Et seruiat unusquisque illi. a quo uincitur., Nam ergo de amico dei abraham.